



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Illud. Excepta Hæresi, parag. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

probentur ab Episcopis. Et ex alia parte semper presumendum est, Pontificem velle se conformare Tridentino in substantia Approbationis, ut num. 13. diximus, atque adeo etiam in Bulla.

quia sic unam recipis absolutionem. Idem per secundam Bullam, sed non tertio, ut dictum est.

## §. III.

## In Mortis Articulo.

## §. II.

*Posit absolvi à reservatis Episcopo toties quoties,  
& à reservatis Papa semel, &c.*

1. **Q**uo ad prius, nihil est, quod explicatio ne indigeat. Clara enim sunt Bullæ verba. Vide tamen mox §. 5. unum, quod hoc pertinet.

2. Quo ad posterius, hæc habe. Si à commissio delicto reservato Pontifici, V.G. per lectionem publicam libri hæretici de Religione tractantis, fuisti per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidas sive in idem peccatum legendi publice librum hæretici, sive in aliud specie distinctū, occupandi V.G. publice bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolviri, nec à peccato novo publice legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, quia Bulla non concedit, ut possis in vita absolviri semel à quolibet peccato Pontifici reservato, concedit enim solam unicam absolutionem in vita à peccatis Pontifici reservatis. Indigebis ergo tunc secunda Bulla, ea tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profutura sit tercia. Ita a Bardi cum aliis. p. 2. tr. 6. c. 1. sec. 1. Contra quem pugnat b Leander, dicens; esse probabile per unicam Bullam concedi, posse b Leandr. absolviri ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum intra publicationis annum quis absolvatur. Certe id esse probabile, negare non possumus; quia hunc sensum facere commode postulant verba Bullæ; si attente legantur.

Dictum autem est (*publice*) nam de Pontificiis occultis dicam mox separatim §. 5. citat.

3. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla semel dictam reservatorum Absolutionem concedat, sit, ut si in ea Confessione apertis singulis, vel plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis Pontificiis, pura occupatione Bonorum naufragantium, Percussione Cardinalium, lassione Immunitatis Ecclesiasticae &c. sit (inquam) ut possis ab omnibus simul absolviri per unam Bullam,

Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolvere à Reservatis, ut differimus late in Tractatu de Pœnit. quid emolumenū afferit hoc Bulla Privilegium?

2. Respondeo. Duo emolumenta. Alterum, quod Absolutio hæc potest conferri ab electo ex vi Bullæ, etiam præsente proprio ægrotantis Parocho, quod certe inservier pro illis, qui, ut ibidem vidimus, sustinent, tunc id non posse quilibet Sacerdotem.

3. Alterum, quod si tunc absolvatis ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere præsentandi Superiori, quia electus per Bullam, jam est tuus Superior delegatus à Pontifice, à quo onere, quando absolveris ex universal facultate concessa pro periculo mortis, liber nequaque es.

## §. IV.

## Excepta hæresi.

1. **Q**uamvis multi multa afferant, quibus probent, hæresim formalem externam (mea enim intetnam non esse Casum reservatum, alibi & diximus) saltē occultam, posse per Bullam Cruciatæ absolviri ex illo principio, quod ex una parte potest concessa Episcopis absolvendi ab illa, adhuc in ipsis, ex probabilissima opinione, remanet, etiam post Bullam Cœnæ, & ex alia parte, Bulla Cruciatæ concedit, posse absolviri omnia, quæ possunt Episcopi; Nihilominus cum propter ejus gravitatem hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo saltē hodie, ubi est Tribunal Sacrae Inquisitionis Hispaniæ, non possumus hujusmodi sententiaz adhærere; Id quod etiam alibi, puto, saltē consumendum. Ceterum, qui de hac quæstionatione late utrinque adductas cognoscere cū d Leandro, eas legat ab aliis fuse agitatas, præseruum Lc. 4. 39. Bardi, Trullench, Ludovico a Cruce cicatis à d Leandro. q. 18. 3. 2. Dixi autem signate (hæresim formalem) 39. id est,

idest, cum errore intellectus. Nam quando intellectus error non intervenit, ea tanto rigori non subest. Quare fortilegium, maleficium, supersticio, magia, adoratio Daemonum, sollicitatio in Confessione, blasphemiae hereticales, & omnia alia crima contenta in Editis Inquisitorum, possunt per Bullam absolvitoties, quoties, si sunt Episcopalia: at semel in vita, & semel in morte, si sunt Pontificia, qualis est V. G. lectio publica libri heretici de Religione tractantis, & hoc iterum cum secunda Bulla. Sed non tertio &c. Ita Leander

*a Leand. l.* a multis referens.

*c. §. 3. qu. 88.*

3. Quæres per hanc occasionem. An per Bullam Cruciatæ concedatur posse absolvitatem, antequam denuntiet aliquod crimen Inquisitori ex obligatione denuntiandi? Respondeo non posse (quidquid dicat Narratus apud *b* Leandrum) quia in Bulla huiusmodi potestas non invenitur.

## §. V.

*An roties, quoies ab occultis Pontificiis.*

1. **A**Quæ probabile judico, per Bullam posse absolvit ab occultis Pontificiis etiam Cœna Domini, & non posse. (excipe etiam hæresim occultam de qua modo §. præcedente dictum est) sic Sanch. Trull. Diana cit. à *c. Idem l.c.* Leandro. & Ratio quod posset, est quia per Bullam potest quis absolvit ab Episcopaliis. Sed jam causis omnes Pontifici occulti sunt hodie Episcopis concessi à Tridentino, & atque adeo sunt tandem aliquo modo Episcopales, ergo &c. Neque obstat, idem dici propter hanc rationem posse de hæresi occulta: non obstat, inquam, quia propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ, quæ eam regulariter excipere solet, non debemus de illa loqui, perinde ac de ceteris.

2. Ratio, quod non possit, est, quia hi casus Pontifici occulti ex eo, quod concedantur Episcopis, non definit esse Pontifici. Adde in Bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse solum absolvit semel, ergo excludit etiam occultos.

3. Sed huic Rationi responderet Prima sententia dicens, occultos desivisse esse Pontificios, statim atque concessi fuerunt Episcopis Iure ordinario, quod nobis satis est, loquentibus de Privilegio Bullæ, quod est favorable.

Ad id, quod additur, responderet, limitationem illâ publicitatis implicite ponit in Bulla, dum per eam conceditur, ut Episcopales, quales sunt Pontifici occulti, absolvit possint toties quoties, non verò alios. Utroque ergo sententia, ut diximus, probabilis est.

## §. VI.

*Ab omnibus Censuris.*

1. **C**ertum mihi, & Tho. Sanch. & cum Castropalo falsoque est, per Bullam posse absolvit excommunicationem, suspensionem interdictum personale, quando haec postrema duo sunt proprie censuræ. (Nam excommunicationem semper censura est, ut in propriis Tractatibus late explicatum est à nobis) *e Thom.* *Sanch. l.* *6. sum. c.* *17 n. 41.* *2. 43.* *F Castrop.* *de Bull. p.* *8. §. 4. n. 8.* *Jure,* *sive ab homine per sententiam specialē contra aliquem in particulari fulminatam, & sive prædictæ sint Censuræ denuntiatæ nominatim, sive sint excommunicationes contractæ ex percussione publica Clerici, & quidem toties, quoties, si haec sint Episcopales, sed semel in vita, & semel in morte, si sunt Pontificiæ, atque iterum cum secunda Bulla, sed non tertio, (excipimus autem propter superius dicta excommunicationem ex hæresi contractam, &c.)*

Ratio tanta: Potestatis est, quia in Bulla, quoad haec, nulla apponitur restrictio, & ex alio Capite Beneficium Principis latè est interpretandum. Vide Leandrum. *g*

2. Quando autem dictum est (etiam deductæ ad forum contentiosum) maxime advertere debes illud. Quod, quamvis per Bullam possit quis absolvit ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pendente ramen lite, illicite concederetur absolutionis nam sic affterret præjudicium. Judici Ecclesiastico.

3. In quo tamen excipe, quando Judex vel longe distat, vel injuste agit, vel nimis rigorose se gerendo, negat absolutionem; Tunc enim si Pœnitens ex parte sua est promptus justo ejus, qui excommunicationem fulminavit, præcepto obediens, cum iam cesset contumacia, poterit pro foro interno, (& semper satisfacta parte, ut dicemus) absolvit per Bullam.

Bb 2

4. Id